



1735.

18
8
6
36.

ADJUVANTE SUPREMO NUMINE,
nec non
MAGNIFICI JCTORUM SENATUS
Auctoritate,
DISPUTATIONEM THEORETICO-PRACTICAM
De

INJURIIS,

tam Reali; quàm Verbali, Scriptâ
simplici & Famoso Libello,


PRÆSIDE
RECTORE MAGNIFICO,
VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
ac CONSULTISSIMO

DN. WERNERO THEODORO MARTINI,

J. U. D. Antecessore & Pandect. Prof. Publ. celeberrimo, Serenissimo
Electori nostro Saxon. à Consiliis Appellat. Curia Electoralis, Consistorii
Ecclesiastici, Juridicæ Facultatis, Scabinatus & Provincialis
Dicasterii, quod est in Lusatiâ
inferiori,

ASSESSORE GRAVISSIMO,
Præceptore suo, Patrono ac Promotore submissè colendo,
WITTEBERGÆ,
Ad d. XX. Septembr. horis antemeridianis, M DC LXXVII.
publicæ censuræ,
in JCTORUM Auditorio,

exponit
JOHANNES GODOFREDUS STEEZE.



Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.



12

Aspirante Surmo Nominis

1771

MAGNETICI TORUM SENATUS

Augusti

DISTRIBUTIONEM THEORETICO PRACTICAM

1771

IN J U R I S

tam Reali; quam Verbalis, Scripta

Implicet et Explicet Libelle

THEORETICO

THEORETICO, PRACTICO, ET JURISPRUDENTIA

1771

DR. WERNERO THEODORO

M A R T I N I

in D. Juris Doctoris & Publici Professoris, Senatus

Magistri, et in D. Juris Doctoris, et in D. Juris

Magistri, et in D. Juris Doctoris, et in D. Juris

Magistri, quod est in Libris

1771

ASSessor GRAVISIMO

Magistri, et in D. Juris Doctoris, et in D. Juris

1771

Magistri, et in D. Juris Doctoris, et in D. Juris

1771

Magistri, et in D. Juris Doctoris, et in D. Juris

1771

JOHANNES GODOFRIDUS

Magistri, et in D. Juris Doctoris, et in D. Juris

Magistri, et in D. Juris Doctoris, et in D. Juris





FELICITER

in

Nomine Domini nostri JESU CHRISTI!

PROOEMIUM.

Acturus de Injuriâ
seu contumeliâ, specie, delicto-
rum privatorum, quartâ, *Vinn.*
VVesemb. & Manz. in argum.
ad Rubr. Inst. de Injur. Philipp.
Ludov. Auth. lib. 6. tit. 3. n. 1. Brev. Jur. quæ de-
lictum vocatur privatum, l. f. C. de Injur. Dn.
Struv. in Jurispr. Rom. Germ. Forens. lib. 3. tit. 23.
thes. 8. it. Johan. Harp. in Comment. ad pr. In-
stit. de Injur. num. 5. Basiliens. disput. 19. conclus. 1.
Volum. 1. ideò, quòd ex illâ nascatur obligatio
rei privatæ, VVesemb. in argum. ad Rubr. Inst.
de Injur. vel, quia Injuriarum Causa, non pu-
blici Judicii, sed privati, continet querelam, l. 7.

A 2

C. eod.

C. eod. aut, quod per Injuriam, non tam status publicus; quàm privati hominis corpus, dignitas, vel fama lædatur, *Manz. ad Rubr. Instit. n. 1. eod.* nullus dubito quin, quemadmodum cuilibet hominum, defendendo se, contra aggressorem suum, vitam sibi servare, vimq; illatam vi repellere, integrum sit, *D. de vi & vi arm. l. Prætor ait 1. §. vim vi repellere 27. Florent. l. 3. ff. de J. & J. itaq; 4. pr. & l. scientiam 45. §. vim enim vi 4. π. ad L. Aquil.* non in foro saltem soli & externo, verùm in interno quoque, seu foro poli, ac conscientia, Magnificus Dn. Præses *in Disput. de usu & abusu Monomachia part. 2. tit. 1. §. 17. Andreas Gail. Jct. D. lib. 2. Obseru. 110. num. 12.* quum Deus constituerit asyla, *Exod. XXI. c. 13. Deut. XIX. v. 9.* & hinc, observato moderamine inculpatae tutelæ, hoc est Invasionis Causa, Modo ac Tempore, *Magnif. Dn. Præses in Disput. antea à me citata, Dn. Carpzov. Pract. Crim. Part. II. Qu. 28. n. 20. B. D. Brunnem. in Comment. suo in l. 4. ad L. Aquil. Johann. Althus. in Dicaeolog. lib. 1. c. 129. num. 20.*

21. 22. 23. Jan. Klenckius in Instit. J. N. & G. ex
Hugon. Grot. de J. B. & P. excerpt. lib. 2. c. 1. de
belli Caus. qv. 12. Gviliel. Grot. in Enchirid. de
Princ. J. N. c. 11. de Homicidio n. 14. & Vir Ex-
cellens Dn. Christianus Röhrensee / hac in Leu-
cor. Moral. P. P. in dictatis Colleg. privat. ad Jan.
Klenck. Instit. & ad Gviliel. Grot. juxta ordi-
nem authorum, propulsationem ac defensio-
nem, B. D. Carpzov. in Pract. Crimin. part. 1.
qv. 28. num. 5. singulis etiam hominibus, contra
Injuriam se defendere, decentérqve tueri, con-
cessum esse, arg. l. 9. pr. ff. de Manumiss. Vind.
Althus. in dic. eolog. lib. 1. c. 129. n. 28. Zoannet. de
defensione triplici, part. 1. & 2. Omni Jure, per
l. 3. D. de J. & J. & Divino, Matth. XXII. c. 6.
7. 8. siquidem fama atqve vita, juxta vulgatum
brocardicum, pari passu ambulant, Gviliel.
Grot. de Princ. J. N. c. 7. num. 6. hinc Serenis-
simus noster Elector, Corp. Jur. Saxon pr. Tit. V.
der P. D. pag. m. 1113. Es haben ehrbare Leute alle
wege das Leben und die Ehre gleich / dargegen die
Verletzung oder die Verleumdung derselbigen hö-
her und beschwerlicher / denn die Leibes Beschä-
digung

dtigung gehalten. ut taceam, homini, inultam
relinquere injuriam, esse ignominiosum, *l. mi-
les 11. §. socer 3. ff. ad l. Jul. de Adult.* imò, etiam
damnosum, quando scilicet, sellularii, injuria-
tum ab opificio suspendunt, Denen/so geschole-
ten/ wird das Handwerck geleget/ oder werden in
keiner Zunfft/ noch Gilden/ gelitten/ biß sie solche
Schmach von sich abgelehnet/ *Carpzov. Pract.
Crim. part. 2. Qu. 94. n. 72.* Et quemadmodum
is, qui vitam suam, præsentem vi dum invaditur,
vitæ periculo non aliter evitabili, cum potest,
se non defendit, sui ipsius homicida habetur,
*arg. 23. qu. 3. c. 7. l. 45. pr. ff. ad L. Aquil. l. 50.
Culpa caret, l. nullum crimen 109. de R. J. Carpz.
Pract. Crim. Part. 1. Qu. 28. num. 11.* ita, & mor-
taliter peccat, qui, lacesitus contumeliâ, famam
suam, defendendo, negligit, *XI. qu. 3. c. non sunt
audiendi 56.* & ex hujus contumeliæ defensio-
ne, in discrimen vitæ positus, offendentem non
interficit, *Vvesenb. Cons. 19. n. 51. 52. 53. usq. 57.*
Proinde certus, ac defensione, contumeliæ illa-
tæ, satis in jure probatâ, Injuriam tractando,
quamvis dissimili argumento, ut in proœmio
hoc factum est, ad subsequentiâ progredior:

§. I. Quod

§. 1.

Qvod si quis scire desideret unde dicatur, aut ex quo denominetur Injuria, docet hoc Imperator noster *pr. Inst. de Injur. Injuria dicitur*, sunt verba Imperatoris: *omne, quod non jure fit, nec non l. i. pr. ff. eod. Injuria ex eo dicta est, quod non jure fiat.* Et consentiunt hic *Wesemb. Vinnius in Comment. ad d. pr. Instit. Basiliens. disput. 19. conclus. 1. Vol. 1. ad d. l. i. pr.* ut propterea, omne, quod non jure fit, injuria fieri dicatur, sitq; Injuria: quemadmodum, affirmative quandoque ab Erymologiâ, argumentari solemus, non jure fit, ergo est Injuria, quasi non Jura, quod Jure & Justitiâ careat, *d. pr. Instit. & d. l. i. ff.* Causam instruit, ergo est instrumentum, *l. Instrumentum nomine 1. de Fide Instrum.* est doni datio, ergo est donatio, *l. i. ff. de Donat.*

§. 2.

Cùm autem homonymum, seu vocabulum quod non simplex, sed, significatione, multiplex, atq; πολύσημον est, prius distinguendum, quàm definiendum esse statuam, ex Logicæ doctrinâ, *Magn: Michaelis Waltheri, Super. Mathem. P. P. Wittebergæ, in Colleg. privato, satis numeroso, ad ἐργα Logica, Cap. 2. can. 1.* præmittendum fuisse duxi, me hic Injuriam non considerare, prout *generaliter* dicitur omne quod non jure fit, *pr. Instit. de Injur. & l. i. pr. ff. eod.* quia genericâ significatione denotat Injuria, quod non minùs Juri ac Æquitati naturali; quàm Civili & Juri scripto est contrarium, *Manz. num. 2. it. Johannes Harpr. n. 3. ad d. pr. Inst. &*, sub hoc nomine generali, omne factum Injuria comprehendit, quo quis, secundum præcepta Juris, *§ 3. Instit. de J. & J.* vel, non honestè vivit, vel, alterum lædit, aut, suum cuiq; non tribuit, hæcque vox Injurix tam latè patet, ac Injustitia, *Vinn. in Comment. ad d. pr. Inst.* simulq; & homicidium, & adulterium, & fur-

tum,

tum, & delicta omnia, publica & privata, dum contra Jus fiunt rectè vocantur Injuriam, *Manz. d. pr. Instit. n. 2.* Verùm, me hic *Specialiter* Injuriam accipere, quatenus sumatur pro contumeliâ, quam Græci ὕβρις vocant, *d. pr. Inst. & d. l. i. pr. ff. nec non B. D. Brunnem. in Comment. ad hanc l. i. n. 1. Wisfenbach Exercit. ad libr. Pand. 30. thes. ii.* Contumelia à contemnendo dictâ vel, quia contemptim fit, & nemo contumeliâ afficitur, nisi qui contemnitur, *Wesfenber. in parat. num. 3. ff. de Injur. Harpr. n. 4. ad Inst. eod.* vel, quia contumelia hæc, ei, cui contra bonos mores, inferitur, dedecus atq; contemptum parit, *Manz. in argum. ad pr. Inst. h. c.*

§. 3.

Removentur ergo, & ex præsentis tractatione tolluntur, omnes reliquæ significationes, specificæ ac speciales Injuriam: quando, per ejusdem appellationem, specialiter etiam significatur culpa, Græcis, ἀδικία *pr. Instit. de Injur. & per Injuriam, damnum culpâ; non jure datum exprimitur. l. i. pr. ff. eod.* sicuti, damnum injuriâ datum esse, dicere solemus, quando culpâ datum est, *ff. ad l. Aquil. l. sed & si quem s. s. Injuriam i. vel,* quando Injuria aliâs dicitur Iniquitas & Injustitia, apud Græcos ἀνομία *vel ἀδικία, d. pr. Instit. de Injur. & d. pr. ff. eod.* cum, & eum accepisse injuriam & passum fuisse, dicamus, contra quem Prætor, sive Judex, non jure, sed injustè ac iniquè pronunciaverit sententiam, *d. pr. Inst. & d. l. ff. aut dolo malo & largitionibus corruptus, aut per errorem, atq; imprudentiam Juris, hoc faciens, l. si. ff. de Evict.* Neq; hic mihi obstat *l. Pauli penul. ff. de J. & J. Prætorem quoque jus reddere, etiam, cum iniquè decernat, quia relatio, hac in lege, instituitur, non ad id, quod Prætor ita facit, sed, ad illud, quod Prætorum facere convenit. Quo casu, quando Judex, aliquid in errorem Juris facit, ac contra Jus pronunciat, nihil officit non obtemperanti Judici, quum Judex pronunciare contra Jus nec debeat, & pronuncians, non, Judex sit, sed sit privata persona.*

§. 4. Sic-

§. 4.

Sicq; nunc distinctis, neq; iis, quæ animum poterant distrahere, sibi relictis, definitionem Injurie propono: *Injuria est delictum, dolo malo, & animo contumelioso, in existimationem alterius, & famam ipsius commissum*, per tit. integrum Inst. ff. & C. de Injur. Ubi, delictum esse Injuriam, quilibet videt, quoniam, per Injuriam illationem, in famam & existimationem hujus vel illius, delinquitur atq; peccatur. Dolum autem malum, nec non animum contumeliosum, quare, cum Doctissimo Dno Wesenbec. num. 4. & Hahnio, in observat. ad eundem n. 5. item cum D. Brunne- man. in Rubr. ff. de Injur. & Basiliens. disputat. 19. Conclus. 1. Vol. 1. & Harprechtio n. 6. ad pr. Instit. eod. hac in definitione Injurie requiram, singuli observant fieri ideò, quod animus dolosus, ad injuriandum aliquem respiciens, basis sit, ac fundamentum totius Injurie, Matth. Berlich. Conclus. Practic. Part. 5. Conclus. 60. num. 1. Schneidevvin ad pr. Instit. de Injur. imò, ff. eod. l. illud relatum 3. §. sane sunt 1. ex affectu facientis & delinquentis consistat Injuria, Prætor etiam, ne quid, infamandi causa fiat, si quis adversus ea fecerit, prout quæquæ res est, animadvertit, per l. 15. §. 25. ff. eod. neq; eos, qui, infamandi gratiâ, liberos dixerint esse servos, Injuriarum Actione convenire posse, dubium sit, l. 9. C. b. t.

§. 5.

Proinde sequitur, licet illud relatum peræque sit, eos, qui Injuriam pati possunt, & facere posse, l. 3. ff. de Injur. furiosum tamen ac impuberem, sive pulsent, sive injuriam dicant, injuriam fecisse non videri, d. l. 3. §. 1. quia pati quis injuriam, etiam si non sentiat, potest, facere nemo, nisi qui scit, se injuriam facere, etiam si nesciat cui faciat, l. alleg. 3. §. 2. hinc, ab injurie illatione, furiosum excusat fati infelicitas, impuberem, innocentia consilii tuetur. l. 12. ad L. Cornel. de Sicariis, quoniam furiosus & impubes, non sunt homines mentis compotes, doli capaces, &

B

contu-

contumeliæ animo quid facientes, *Wesenbec. n. 4. ff. de Injur. Per-
ritz. C. eod. num 3. Carpzov. lib. 2. Respons. 58. & furiosus ac impu-
bes, licet quilibet eorundem patiatur injuriam, neq; injuriam
possunt inferre, Brunnem. ad l 3. ff. de Injur. neq; , ex bonâ conse-
quentiâ, Actione Injuriarum tenentur , quod, in puncto furo-
ris, probo, ex Senat. Appell. Elector. Saxon. pronunciato, in Causâ
Curatorn Florian Kletschen Eheweibes Klägern an ei-
nem/ contra Jobst Müllern und Consorten Beflagten
andern theils / termino Trinit. Anno 1624. Erkennen
von S. G. Wir Johann George/ Herzog zu Sachsen/
Jülich/ Cleve und Berg/ des Heil. Römischen Reichs
Erz Marschall und Churfürst etc. etc. vor Recht / daß
N. N. und N. N. bestalten Sachen nach/ ex lite, billig/
gelassen werden/ *W. R. W. D. Johannes Philippi in usu Pract.
Inst. Just. lib. 4. Ecclieg. 20. num. 5.**

§. 6.

Præterea, horum resolutione, satisfactum est quæstioni,
quam Dd., circa dormientem, proponunt, utrum, dormiens,
inferat alicui injuriam, quod nego: quia dormiens & furiosus
conjunguntur, *Clem. unic. de Homicid. Volunt. & eadem est ra-
tio in dormiente, qualis erat in furioso Wesenbec. num. 4. ff. de
Injur. cum æquè dormiens consilio atq; mente dolosâ careat,
ut furiosus, & dormiens mortuo sit similis, secundum Ovid.
libr. 2. Amor. Eleg. 9.*

Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago:
longa quiescendi tempora fata dabunt.
ac juxta *Vergilium*:

Dulcis & alta quies, placidæq; simillima morti. Nec non
sufficenter, hisce, erit responsum ad illud, num ne ebrius faciat
alicui injuriam, negando: non solum, quod ebrius, quandoq;
dicatur furiosus, *Menoch. lib. 2. arbit. cas. 326.* & sic furioso æqui-
paretur; verum etiam, quod ei, qui tam profundè ebrius est, ut
nec

nec pede, nec manu, vel alio membro, secundum ordinem ac instinctum naturæ uti possit, omnis deficiat voluntas, atq; consensus, sicq; nec ipsi dolus, ac animus infamandi insit, qui tamen, ex supra dictis, ad omnem Injuriam prærequiritur.

§. 7.

Ut propterea Injuriam hi non committant, neq; Actione eadem convenientur, qui verba quidem injuriosa, quæ bonis moribus, honestati, pudori, existimationi, famæ, dignitati, vel honori alterius sunt contraria, *Johannes Althus. in Dicaolog. lib. 1. c. 123. de Injur.* quatenus considerentur in se, ac suâ naturâ, protulerunt, sed animo, vel emendandi, vel non injurandi, ff. *de Injur. l. Prator. edixit 7. §. prætereà illo 2. l. 3. §. 1. l. si cum servo 4. ff. eod.* cum dentur alii, ut, eleganter, *Gaius ex Salicet qvo monet, lib. 2. Observ. 106. n. 6.* qui penes se Injuriam præsumtionem faciant cessare, alii, qui non faciant cessare præsumtionem Injuriam.

§. 8.

Illis, qui præsumtionem Injuriam cessare faciunt, quoniam, emendandi animo hoc vel illud injuriosum dixisse aut fecisse, creduntur, annumerantur propinqui & conjuncti, Parentes, hinc est, quod Injuria, quæ liberis à Parentibus fit, usque ad septimum gradum, non præsumatur animo injuriandi fieri, dum, Pater & Filius, naturâ, eadem personâ esse, penè intelligitur, *l. fin. C. de Impub.* Annumerantur quoque illis Magistratus, qui, quando jus suum, in nocentem, exequitur, quod nocenti facit ignominiam, nulli propterea subjicitur injuriæ, vel Actio, nocenti, adversus Magistratum, competit, *quia ff. de Injur. l. Injuriarum actio 13. §. is qui 1.* Ulpianus statuit, quod is, qui utatur jure publico, non injuriæ faciendæ causâ hoc facere videatur, neque, juris executionem, habere in se injuriam, & *in d. l. 1. §. 6.* sanciendo pergit, quod, quæ Jure potestatis, à Magistratu fiunt, ad Injuriarum Actionem non pertineant. *Idem etiam Paulus vult, ff. eod. l. quod Reipubl. 33.* Et, præter Pa-

rentes ac Magistratum, ad eos qui Injuriam præsumtionum ces-
sare faciunt, referuntur Magistri ac Præceptores / 5. §. 3. ff. ad L.
Aquil. Sacerdotes, quos, injurios esse, non censeo, neque, pro-
pterea, Actione Injuriarum teneri, cum Doctissimo Dno. Har-
prechtio §. 11. Instit. de Injur. n. 31. usq. ad 51. Carpzov. in Jurispr. suâ
lib. 3. Def. 99. num. 6. & desin. 100. n. 8. Berlich. Conclus. Practic. Part. 5.
Conclus. 60. n. 8. nec non cum Serenissimo Electore nostro Saxoniam,
qui, ut hoc ejus Rescriptum habet Johannes Philippi, in usu
Pract. ad Instit. lib. 4. Ecclog. 20. num. 6. Capitaneo & Ordinario,
Facultatis Juridicæ Wittebergensis, 1618. mense Octobris, ita
rescripsit: An uns/hat/ über den Würdigen und Hoch-
gelahrten / unsern Undächtigen und auch lieben Ge-
treuen Herrn D. F. B. Superintendenten und Professorn
bey Euch/ A. R. zu B. sich beklaget/ wie/ in der/ von un-
serm Consistorio zu Wittenbergk / am 6. Junii dieses
Jahres/ gehaltenen Verhör / von igtgedachtem Super-
intendenten/ Er wäre injuriret worden / und umb ei-
nen Vorbescheid/ vor unsern Geistl. Rätthen / angesu-
chet / Wir haben auch / wie es hierumb allenthalben
bewandt / Erkundigung einziehen lassen / wie Ihr/ auß
dem Einschluß/ mit mehrern zu ersehen / Wann aber
auß unsers Consistorii Bericht genungsam erscheinet/
daß Supplicant, vorerwehnten Superintendenten, mit
einer schmählichen Injurien-Klage zu belangen / nicht
Ursache gehabt / Als können wir Ihme seinen Muth-
willen also ungestraft nicht hingehen lassen: Hierauff
gnädigst begehrende/ Ihr wollet/ beyde Personen/ als-
balden / vor euch erfordern/ A. R. seinen Unfug in Ernst
verweisen/ Ihn / zu einer Christlichen deprecation an-
halten/ und hernach Ihr/ der Hoff- Richter/ denselben/
andern zum Exempel / etliche Tage / mit Gefängniß
Straffe/ belegen lassen &c. &c.

§. 9. His

§. 9.

His autem, qui non faciunt cessare præsumtionem Injuriam, adjiuntur extranei: neque; tamen omnes, sed excluduntur ii, qui animo, minus injurioso, injuriosa dicunt, quales sunt, Juris sui defendendi & conservandi causâ quid dicentes, vel crimen aliquod, testibus, contra se testificantibus, objicientes, *argum. l. nullus ff. de R. J. l. 13. §. 1. ff. de Injur. per l. 15. §. 38. eod. ut rectè dixerint Lipsienses Scabini, in Causâ M. Balthasar Richlers zu Leipzig / Ob gleich der Advocat, von dem eure Frage meldet / den Mann / dessen gleicher Gestalt in euer Frage gedacht wird / darumb zum Zeugen verworffen / daß Er ein öffentlicher Wucherer / und derowegen / als eine anrichtige Person / zum Zeugen nicht zulässig seyn solte. Dieweil aber dennoch / zu Rechte dafür gehalten wird / daß solches nicht / animo injurandi, sondern zu Erhaltung seines Rechts geschehen: so mag Er auch derowegen zum Wieder-Ruff / oder in einige Straffe / nicht vertheilet werden &c. &c. Tales etiam extranei sunt, qui animum non injuriandi præ se habent, quotiens injuriosum quid proferunt, quando Titius & Mevius, ex amore, & ob summam utilitatem totius Reipublicæ vel Civitatis, indicant, quod Cajus incendiarius sit, hocq; officium sibi quasi injunctum esse putet. *l. 18. pr. ff. de Injur. Brunnem. ad hanc l. n. 1. cum non sit æquum & bonum, eum, qui nocentem infamavit, propter eam rem condemnare, sed peccata nocentium nota esse & oporteat, & expediat. Imò ab Injuriam præsumptione liberantur, qui, vocati in Senatum, vel ad Judicem, ut testimonium de crimine Titii, tanquam ipsis noto perhibeant, & de eo perhibent: partim, propter l. antea adductam 18. ff. partim, & maximè, per l. 15. §. 13. eod. ac ff. de Testibus l. invit. 8. Conferatur Carpzov. lib. 2. Respons. 60. n. 4. Johannes Philippi usus præct. Inst. Eccl. 20. num. 12. in qua simul Responsum est Scabinorum Lipsiens. & Harprecht §. 1. Instit. de Injur. n. 117.**

B 3

§. 10. Cz.

Ceterum hæ præsumptiones non illatæ injuriæ, quas, circa personas quasdam, in §. 8. & 9. adduxi, tam diu pro illis militant, donec contradicens probet contrarium, Harprecht, §. non solum II Instit. de Injur. n. 63. verèq; hic concludunt Lipsienses, quando, Responsum, §. precedente 9. à me citatum, his verbis continuant: **Es könnte dann der obgemeldete Mann/ wie recht/ beweisen/ daß der Advocat solches vorsehlichen/ und im Gemütthe und Meinung/ ihn zu schmähen gethan hätte/ uff den Fall würde Er billig damit gehört und zugelassen/ B R B.**

Progrediens ad Divisionem Injuriam, aliam esse facio Injuriam, quæ vocatur *Realis*, aliam, quæ dicitur *Verbalis*, iuxta duplicem modum, secundum quem, quævis fit Injuria. Injuriã autem fieri, *Labeo ait, l. 1. ff. de Injur. aut Re, aut Verbis:* Unde Injuriam nascitur divisio, quod Injuria sit vel *Realis*, vel *Verbalis*. Et hanc distinctionem atq; Divisionem Juris Interpretes approbant, *B. D. Brunnem, ad d. l. 1. ff. n. 2. b. t. Dnus Struv. in Jurispr. R. G. Forensi lib. 3. tit. 23. §. 8. Vinn. Schneidvv. & Harprecht. n. 2. ad §. Injur. autem 1. Inst. de Injur. Dn. Schnobel in universum Jus π. disput. 24. 1. bes. 7. Antonius Henricus Mollenbec, divis. Jurid. Cent. 3. divis. 7. Basilienses, disput. 19. Conclus. 2. Volum. 1. Bartholom. Willinb. disput. 16. 1. bes. 1 ad Inst. Imp licet quidam Dd. sint, qui species Injuriam statuant esse quatuor, ut puta, quæ *Re, Verbis, literis, & gestu* fiat; inter quos est *Mynsinger Comment. num. 1. & Schultzius in Synopsi suã, lib. 4. Instit. Justin. Matth. Berlich. Conclus. Practicab. part. 5. Conclus. 59. n. 1.* quidam*

quidam quoque inveniuntur qui dicant, quod species Injurie tres sint: *Realis Injuria, Verbalis & Personalis*, Wesenbec. num. 3. in parat. omnemque Injuriam fieri vel Re seu factis, vel verbis, aut literis, *VVissenbach Exercit. ad libr. Pand. disput. 30. thes. 11. Manz. in §. 1. Instit. de Injur.* cum res hic in idem semper recidat, & in uno dissentientes conveniant.

§. 12.

Realis Injuria est, quæ factio contumeliosa, ff. de Injur. l. 1. §. 1. 2. l. 9. eod. sive gestu, l. 15. §. 27. l. 39. eod. in corpore, l. d. 1. §. 1. 2. d. l. 9. ff. h. t. vel extra corpus, Paulus §. sent. 4. §. 1. alteri infertur ad ignominiam. Hujus *Realis Injurie* exempla sunt: si quis manus alicui intulit, per sapius *cit. l. 1. §. 1. 2. ff. de Injur. l. 9. eod.* alapam alicui dedit, cubito ipsum percussit, aut cum manu sub mento vel baculo, sive hunc vulneravit, *Matth Berlich. Conclus. Practicab. Part. 5. Conclus. 59. num. 77, 88, 89, 90, 91.* aut si quis Titium quidem non pulsavit, verum manus, adversus eum, levavit, & sæpe terruit, quasi vapulaturus, non tamen eundem percussit, *l. 15. §. 1. l. 5. §. 1. l. 7. §. 1. ff. h. t. Dnus D. Brunnem. in Comment. suo l. cit. 15. §. 5. n. 1. VVesenbec. ff. de Injur. n. 7. Harprecht §. 1. num. 5, Schneidvv. §. 8. n. 8. Instit. eod. Matth. Berlich. Conclus. Part. V. Conclus. LIX. n. 92.* vel si quis aliquem in mari piscari, vel everticulum, quod Græcè *σκαγίνην* dicitur, ducere prohibuerit, eum, in publicum lavare, vel in caveâ publicâ sedere, vel in quo alio loco agere, sedere, conversari, non passus fuerit, aut si quis re sua uti illum non permisit, *ff. de Injur. l. Injuriarum Actio 13. §. si quis fin. 7. Dn. Brunnem. ad b. l. n. 12. Conclus. Practicab. Berlichii Part. V. Conclus. 59. n. 114.* quando quis comitem, sive liberum, sive servum, sive masculum, sive fœminam, in loco publico privatove, saltem quempiam comitetur, & sequatur, aut comes, frequentandi cujusq; causâ ut sequeretur, destinatus sit, *l. 15. §. 16. ff. de Injur.* inter quos comites utique & Præda-

Pædagogi erunt, *d. l. 15. eod.* matronæ honestæ abduxit, *ff. l. 1. §. 1. l. 15. §. 15. eod.* Abduxisse autem videtur, non qui cœpit comitem abducere, sed, ut Labeo ait, qui perfecit: Requiritur ergo ad Comitem abductum *ꝛ* perfecisse, cum hic, *ꝛ* cœpisse, non sufficiat. Et censetur is comitem abduxisse, non tantum, qui eundem per vim abduxit, verum ille etiam pro abducente habetur, qui comiti persuasit, ut Matronam desereret, *d. l. 15. ff. eod.*

§. 13.

Præterea ad *Injuriam Realem* refertur, cum quis domum alterius vi introiverit, *ff. de Injur. L. Corneliâ 5.* quod de omni domo ac habitatione, propriâ, quàm conductâ, sive illa alicui gratis, sive hospitii loco, concessa fuerit, etiam de villâ, intelligendum est, *l. cit. §. eod. Dn. D. Brunnem. ad d. l. ff. 5. n. 1. ut re- etè hinc dicat GL. Saxon. im Land Recht, lib. 2. art. LXVI. Der Miether geneußt auch des Friedens in seinen vier Pfählen &c. &c.* hocq; probet, præter *Job. Harpr. num. 6. Schneidevv. n. 9. ad §. 8. Instit.* siquidem unicuiq; domus *per l. 18. de in Jus Voc.* tutissimum refugium atq; receptaculum est, Vel pro *Reali Injuria* accipitur, quando quis alterum turba- vit, dolo malo, in quietâ suâ possessione, aut quasi, *Bartol. in l. 13. ff. b. t.* si quis Dominus, ædium inferiorum, fumum fecerit, ut ædes, vicini superioris, fierent fumosæ. Vel, si injuriæ facien- dæ causâ, vicinus superior, in ædes inferiores quid projecerit, aut infuderit. *l. 44 ff. eod.* quando Mevius, domum Caji, absen- tis debitoris, signavit, *l. 20. b. t. item Johannes Harprecht. §. Injuria autem 1. Inst. num. 7. eod.* si quis, invito Domino, domum alterius introiverit, & res suas, quas fur quidam, nocte, ipsi furatus est, quærendo quæsiuit, quanquam non invenit, *per l. 23. b. t. Har- precht in §. alleg. 1. Instit. eod. n. 6. Matth. Berlieb. in conclusionibus suis Practic. part. 5. conclus. 59. n. 115. 116.* quam injuriam hic parùm commisisset, si, domum debitoris sui, signâisset, aut, domû alte- terius,

rius, res, furto sibi ablatas, quærendi causâ, ingressus fuisset, non suâ, & autoritate propriâ, verùm auctoritate Judicis, auctoritate ejus, qui jus concedendi & potestatem habet, *argum. d. l. 20. ff. de Injur.*

§. 14.

Nec non, in subsequentibus, *Realis est Injuria*, quando quis verberavit servum alienum, *per l. 15. ff. de Injur. §. 34.* si quis, bona alterius, nullo ex jure, detinuit, vel arrestavit, *d. l. 15. §. 31. eod. Harprecht. hic §. Injuria autem 1. Instit. b. t. num. 8. Matth. Berlich. Conclus. Practicab. part. 5. conclus. 59. n. 123.* quod fit, quotiens illi, qui creditor esse vult, aut planè nihil debetur aut ipsi, jam semel, facta est debiti solutio, vel, quod pactum, de non adhuc petendo debitum inter creditorem & debitorem initum, aliud postulet. Si quis, tam fœminam; quàm masculum, sive ingenuos, sive libertinos, impudicos facere attentaverit, sed, etsi servi pudicitia attentata sit, *l. 9. §. fin. b. t.* si quis creditorum, cui debitor, solvere paratus est, suos interpellavit fidejussores, *l. 19. eod.* si quis, statuum demortui, in monumento positam, violaverit, *l. 27. ff. eod.* qui alterius celavit & resignavit literas, *Wesenbec. in parat. ff. b. t. num. 7. Harprecht §. 1. Instit. de Injur. num. 20. Berlich. Practic. Conclus. part. 5. Conclus. 59. n. 93.* qui stuprum alicui intulit, aut in aliquam, stuprandi causâ, irruit, *l. 25. b. t. & Harprecht in §. d. 1. Instit. eod. num. 5.* qui, in alterius subsannationis signum, labia deduxerit, caput movit, buccas, ut Horatius inquit, ambas inflavit, os dilatavit, linguam exeruit, oculis nictitat, alteri vestimenta dilaceravit & scidit, *argum. l. 9. ff. de Injur.* qui M. ostensione duorum digitorum, instar cornuum diductorum, virum, per socordiam ad uxoris adulteria conniventem, esse indicat, quem communiter, vocamus Cornutum, Germanicè einen Hahnrey.

§. 15.

Verbalis iniuria, quam priùs distingvo, anteqvam eandè describo, fit vel *voce & dicto*, *ff. de Injur. l. Injuria ex eo 1. §. Injur.*

G

jur.

jur. autem 1. Dn. Schnobel disput. ad universum Jus π . 24. thes. 7. Jo-
hannes Harprecht in §. 1. Instit. n. 51. Dnus. Willinberg. Disputat. ad
Instit. Imperial. 16. §. 1. Vel literis & scripto, Dni. Basiliens.
disput. Jurid. 19. Conclus. 2. Vol. 1. antea à me citatus Dnus Schno-
bel, & Dn. Willinberger d. Disput. & §. nec non Johannes Har-
precht d. §. Inst. & num. Unde *Iniuria Verbalis* ali a ste
Verbis ore prolata, & alia scripta, Magnific. Dn. Brunnem.
ad l. 1. ff. d. Injur. n. 3. Dnus Struv. in Jurispr. R. G. Forensi lib. 3. tit. 23.
ib. 8. *Scripta Injuria* subdividitur, in *Injutiam scriptam*
simplicem, & *infamosum libellum*, Caspar Manz. in
Comment. suo ad §. 1. Inst. de Injur. n. 25. saepe alleg. Dn. Schnobel di-
sert. ad univers. Jus D. disput. 24. thes. 7. Basilienses disp. 19. Conclus. 2.
Vol. 1. ut propterea, hisce præmissis, rectè nunc, in modum se-
quentem, describatur à me *Verbalis Injuria*: *Injuria*
Verbalis est, quæ animo contumelioso, voce &
dicto, seu literis & scripto, alteri infertur, ad
ignominiam. Et patet circa hanc Verbalis Injurie descri-
ptionem, eam esse satis claram atq; perspicuam: quoniam, si-
cut furtum, absque furandi affectu, non committitur, & Inju-
ria ex Affectu facientis consistit, per l. 3. §. 1. ff. de Injur. quod su-
pra, in §. disp. meæ 5. 6. 7. 8. & 9. pluribus exemplis, à furioso, im-
pubere, dormiente, ebrio, & iis, qui præsumtionem Injurie
cessare faciunt, & qui non faciunt, petitis, demonstravi, ita ne-
que fit, Injuria hæc Verbalis, *sine animo injuriandi*,
rectèq; proinde requisivi, in ejusdem Descriptione, animum
contumeliosum, directum, ad illationem ignominie,
cum finis, omnis Injurie sit, ut alicui fiat con-
tumelia.

§. 6. Spe-

§. 16.

Spectat ad *Injuriam Verbalem*, quæ ore prolata est, cum alicui factum fuerit convicium, §. *Injuria au-*
Instit. de Injur. Dicitur convicium, vel à solâ concitatione, vel
à conventu, hoc est à collatione vocum, quasi Convocium, l. 15.
§. 3. ff. eod. quando quid in cœtu, aut, cum vociferatione, pluribus
vocibus in unum collatis, infamandi causâ, dictum est. Si
quis nominatus fuerit nomine probro, infami & ignomi-
nioso, latro, fur, adulter, mendax, proditor, usu-
rarius, homicida, falsarius, fugitivus, debitor,
leno, ebriosus, nebulosus, adulator, bastardus spurius, mere-
trix, C. de Injur. l. 3. Matth. Berlich. Concluf. Practicab. part. 5. Concluf.
59. n. 3. 4. 5. 6. 8. 10. Dnus Carpzov. pract. Crimin. Qu. 96. num. 39. Johan-
nes Harpreht. §. 1. Instit. n. 71. quando quis quempiam appellavit
debitorem suum, qui tamen non est ipse debitor, l. 15. §. 33. ff.
b. c. si quis dixit hunc vel illum pauperem, cum sit dives, Ber-
lich. in alleg. part. 5. Concluf. Practicab. 59. num. 38. 39. Harpreht §. 1.
Instit. de Injur. n. 64. quando quis, ad alterum, per ironiam, pro-
tulit, tu es bonus homo, vel tu es bona mulier, aut, de absente,
ironicè locutus fuit, hic Vir bonus est, est ille egregius Medi-
cus &c. &c. Harper. §. 1. Inst. de Injur. Matth. Berlich. in Concluf. Pra-
cticab. P. V. Concluf. LIX. num. 32. licet hæc locutiones, ex nativâ
suâ significatione, nihil quidem injuriosum in se habeant, ta-
men, quoniam hæc verba dicta sunt ironicè, valor eorum non
in verbis, verùm in affectu facientis consistit, l. 3. §. 1. ff. de Injur.
nec non Verbalis est Injuria, quæ ore profertur, quando, in al-
terius ignominiam, recitatur carmen famosum, & cantilena
proponitur,

§. 17.

Contra *Injuria Verbalis scripta, & quidem sim-*

C 2

plex

plex est, si, in scripturâ quâdam, non tam grave
atq̃ famosum crimen, ut in Libello famoso, subse-
quentibus, audiemus, alicui *objectum fuit*, Manz. ad §. 1.
Instit. de Injur. n. 26. Et quando quis in cantilenâ, vel in rythmo
quodam, scriptus est bardus, spurius, claudus, luscus, nebulo,
fatuus, mendicus pediculosus &c. &c. *idem Manz. in comment.*
ad §. 1. Inst. d. t. num. 30. nec non Johannes Harprecht §. eod. Inst. n.
151. Wesenbee. in π. ff. de Injur. num. 19. Injuria autem *Verbalis*
Scripta, quæ in specie nominatur *famosus libellus*,
vulgò *Pasquillus*, ex eo, quod Romæ, ad truncam Pasqui-
ni cujdam statuam, hujusmodi scripta affigebantur, *Zovinger.*
in Teatro Vita humane lib. 3. fol. 3709. Volum. 21 est, quotiens
Scriptura quædam notabile, certum, speciale,
grave atq̃ famosum crimen, ut latrocinii, homicidii,
adulterii, lenocinii, alicui *objectum fuit.* Confer hic
Johannem Harprecht. §. 1. Instit. n. 150. de Injur. Manz. d. §. Instit. 1.
eod. n. 27. Pluribus nunc in adducendis exemplis *Realis &*
Verbalis Injurie, postquam unicum adhuc, circa utramque
Injurie speciem monuero, nolo esse occupatus.

§. 18.

Utraq̃ Injuria, tam Realis, quàm Ver-
balis, est vel levis, vel Atrox: D. de Injur. l.
Prætor edixit 7. §. prætere à illò spectat 2. § 6. l. 17. §. 3. eod. nec non l.
4. C. b. t. § 9. Inst. eod. Dnus. Schnobel ad universum Jus Pand.
disput. 24. §. 7. Hoto mann. Schneidevv. Harprecht. Vinnius & Manz.
§. d. 9. Instit. de Injur. Et primò statim hæc distinctio, inter
levem

leuem & atrocem Injuriam, attenda est, propterea, quod levis Injuria minus puniatur, quam atrox: l. 16. §. 7. ff. de Pœnis, Schneidevv. n. 1. & Job. Harprecht num. 2. ad §. 1. Instit. de Injur. quod levis injuria non semper vindicetur, atrox autem semper, arg. d. l. 16. §. 3. Deinde exponendum est, quæ sit iniuria levis, & quæ sit iniuria atrox: Leuem Injuriam quilibet facile, quænam illa sit, ex descriptione Injurie Atrocis, intelliget, quoniam atrocem Injuriam, quasi contumeliosorem & majorem accipimus, l. 7. §. 7. ff. b. t. Estimatur autem Injurie Atrocitas vel ex facto, vel ex loco, vel ex personâ, ut rectè docet Vinn. Schneidevv. Manz. n. 1. & Johannes Harprecht num. 7. d. §. 9. Instit. de Injur. juxta tritum illud distichon,

His tribus ex causis Injuria dicitur atrox:

Facti, Personæ, vel ratione loci.

Ex facto habetur atrox Injuria, si vulnus illatum fuit, si os percussum fuerit, l. 7. in fin. §. 8. ff. de Injur. Ex loco estimatur Injurie atrocitas, quando in theatro, in tantâ hominum frequentia, facta alicui est injuria. Ex personâ desumitur Injurie atrocitas, si ei illata sit, qui est in Sacerdotio, & dignitatis habitum ac ornamenta præ se tulit, C. l. 4. b. t.

§. 19.

Quemadmodum autem ille, qui ingressus est domum Principis, Curiam, vel alium quemcunque locum publicum,

C 3

aut

aut in domo Principis, Curia, loco Publico digladius est,
 vel in Principem, Curiam, & publicum locum peccavit, longè
 atrocior committit Injuriam, quàm qui, vi introivit, do-
 mum hominis cujusdam privati, aut in eo digladius est, vel
 in eundem privatum peccavit; ita, & gravius ille punitur, cum
 quidem, ut Cicero eleganter dixit, in *Orat. pro Domo sua*, nihil
 sanctius esse debeat, quàm domus uniusque Civium, tamen,
 sanctius adhuc habendum esse Principis Palatium, nemo ne-
 gat, id quod, in pronunciando, etiam observarunt Lipsienses
 Scabini, mense Septembr. 1596. contra A. à R. zu Altens-
 burg P. P. So mag Er/wegen solches / in der Fürstl.
 Burg begangenen Frevels und Muthwillens / und
 daß er / H. à B. mit dem Dolche gestochen / wofürne
 man Ihme / in Ansehung seiner Jugend und Trun-
 ckenheit / nicht Gnade erzeigen wolte / mit Abhauung
 einer Faust / derer Er am besten entbehren kan / des Lan-
 des ewig verwiesen werden / W R W.

§. 20.

In summâ sciendum est *de omni Iniuriâ*, quod qui-
 libet *Iniuriantium*, sive ipse fecerit Injuriam, h. e. ipse
 percussit, sive dolo fecerit injuriam, i. e. curavit, ut cui mala,
 pugno, percuteretur. ff. de Injur. l. non solum is ii. pr. & §. ii. Inst. b.
 t. Brunnem. ad d. l. ii. ff. num. i. Vinn. Schneiderv. Manz. Harpr. n. i.
 in §. cit. ii. Inst. Basiliens. disp. Jurid. 19. Conclus. 16. Volum. i. sive fece-
 rit injuriam *solus*, sive *inter* aut per *plures*: cum, quod
 quis per alium facit, perinde, ac si ipse fecisset, putandus est,
 arg. l. 152. 169. ff. de R. J. & juxta Schneiderv. ad §. 12. Inst. n. 23. de
Action. paria sunt facere & mandare, sitque maleficium pro-
 prium singulorum, & tantò major injuria, quantò
 à pluribus admilla sit, l. 34. ff. de Injur. Imò cir-
 ca omnem Injuriam notandum est, quod, qui pas-
 sus

3.
sus fit Injuriam, sive ipse, l. 1. §. 3. ff. b. 1. §. 2. & 8. Inst. Imperial. eod. quando ipsi, Realis ac Verbalis Injuria facta est directò qvi Paterfamilias vel Materfamilias est, l. d. 1. §. 3. ff. immediatè, vel coram præsente, vel absente, Manz. d. §. 2. Instit. num. 2. de Injur. sive per alias personas, l. alleg. 1. §. 3. ff. & §. 2. Instit. eod. mediatè, ac per consequentiam, Manz. §. 2. Instit. n. 3. & obliquè, Vinnius §. Instit. eod. quotiens injuria fit liberis meis, servis meis, uxori, nuruiq; meæ, d. l. 1. §. 3. ff. b. 1. Actio- nem Injuriarum, adversus lædentem, posuit instituere, quia illi aut potestati nostræ, aut affectui nostro, subjecti sunt, l. sepe cit. 1. §. 3. ff. & d. §. 2. Instit. de Injur.

§. 21.

Tunc autem, contra aliquem, Actio formatur Injuriarum, quando Actor, per libellum, Judici exponit quid Injurie, & quando hæc Injuria, ipsi, à Reo, facta sit, simulque sibi injuriam illatam ad animum revocans, libellum, apud Judicem competentem deponit, sicque in alterum agit vel civiliter, vel criminaliter. Et rectè quidem, quia de Injuria vel

Civiliter, vel Criminaliter agere licet. ff. de Injur. l. Prætor edixit 7 §. posse bodie 6. & §. 10. Inst. eod. Vinnius in eund. §. pr. Comment. Manz. & Johannes Harprecht num. 1. ad d. §. 10. Instit. Matth. Berlichius Conclus. Prædicab. pare. V. Conclus. 61. n. 1.

Serenissimus Elector Augustus in den Landes Constitut. Part. IV. Constit. XLII. §. Wir wollen auch etc. p. m. in Corp. Jur. Saxon. 200. Christoph Zobel differ. Jur. Civil. & Saxon.

Saxon. Part. 4. differ. 7. n. 7. Nou tamen licet Actori
Civiliter agere, simul, ad factæ Injurie æstima-
tionem, & ad Palinodiam, seu ad ejusdem revocatio-
nem, & recantationem, juxta sancitum Sereniss. Electoris
nostri JOHANNIS GEORGII II.
in der P. D. Tit. 5. Von Injurien / Schänden und
Schmähen ꝛ. Es hat aber &c. Prout etiam eidem
Actori, civiliter & criminaliter agere,
in unâ eademque Injuriâ, non concessum est. §. 11. Instit. de
Injur. Vinn. in eund. n. 2. Dn. Struv. in Jurispr. R. G. Forensi, lib. 3.
tit. 23. th. 12. Matth. Berlich, Conclus. LXI. num. 2. cum utraque
Actio & Civilis, & Criminalis, ad vindictam,
ceu ad eundem finem, tendat.

§. 22.

De Injuriâ Actor agit Civiliter, aut, quando In-
juriam, sibi factam, æstimat, & Judicem, in li-
bello, rogat, ut, Reus, in tantam pecunie sum-
mam, quantâ ipse injuriam æstimavit, conde-
mnetur, hæcque pecunia sibi, Actori, adiudicetur,
Dnus Schnobel, de hæc Civili Injurie Actione, dissert. ad univers. Jus
Pand. disput. 24. §. 10. Job. Harprecht, n. 2. Vinn. ad §. 10. Instit. de In-
jur. Nobilissim. Dnus Struv. in Jurispr. R. G. For. lib. 3. tit. 23. thes. 11.
quam summam pecuniæ, ab Actore postulatam, Judex mode-
ratur ipsique deinde adjudicat, arg. l. 15. §. 2. ff. de Injur. & §. 7. In-
stit. eod. Carpzov. in pract. Crim. quest. 95. aut, civiliter de
Injuriâ Actor agit, quando, adversus Reum, agit ad
Palino-

Palinodiam s. verborum injuriosorum revocationem, & reclamationem, uff einen Wider-Ruff/Manz. ad §. 10. Inst. de Injur. n. 10. Vinn. eod. n. 1. Dn. Schnob. diss. ad univ. J. Pand. disput. 24. §. 10. Dn. Struv. in Jurisprud. R. G. F. lib. 3. tit. 23. tb. 13. & Actor, in libello suo, à Judice petit, ut Reus condemnatur ad satisfactionem Injurie, & honoris, h. e. ut recantet opprobria, & fateatur se injustè Injuriam dixisse, petatq; veniam, & famam restituat, Gail. lib. 1. observ. 65. num. 3. Contra, Criminaliter agit Actor Injuriam, quoties hic, in libello suo, à Judice desiderat, ut Reus propter injurias illatas, ex arbitrio Judicis puniatur vel in corpore, vel condemnatur in irrogationem mulctæ, quæ fisco inferatur, Dn. Caspar Manzius. n. 5. Vinn. num. 2. Schneidevvin. n. 1. & Johannes Harprecht in §. d. Instit. de Injur. Dn. Struv. in Jurisprud. Juà R. Germ. Forensi lib. 3. tit. 23. tb. 12. Condemnatus deinde, Reus, in Actione Injuriarum, tam Civili, quàm Criminali, fit infamis. ff. de His, qui not. infam. l. Prætoris Verba dicunt, nisi quod, aliquando, hoc limitetur ac restringatur, Vinnius ad d. §. 10. n. 3. Instit. de Injur. Carpzov. Pract. Crimin. Part. II. qv. 94. num. 79. 80. 81. 82. & seqq.

§. 23.

Tandem tollitur Iniuria, & consequenter ejusdem Actio, per Prescriptionem, atq; lapsum unius anni, durch eine verjährete Zeit/Cod. de Injur. l. si non convicii consil. 5. ita, ut ex eo die, in quo facta est alicui Injuria, vel in quo, de Injuria, sibi facta, quis edoctus est, computetur annus præscriptionis d. l. 5. C. eod. Dn. Schnobel dissert. ad univers. Jus Pand. disput. 24. tb. 12. Struv. in Jurisprud. R. G. F. lib. 3. t. 23. tb. 15. & Elect. Augustus inden Lands Constit. Part. IV. T. Wann wieder die Injurien Klage XLVI. §. D dieweil

diemeil die Rechte &c. &c. five, *Iniuria illa sit Verbalis,*
verbis ore prolata, aut *scripta,* supra in disput. hac, §.
15. à qua tamen excipio *Famosum Libellum,* five, illa sit
Realis, §. *sup. 12.* Et quamvis, circa Realem Injuriam, aliàs de-
tur Actio perpetua l. 4. *Cod. de Prescrip. 30. vel 40. Annor. pr Instit.*
de Perpet. & Temporal. Actio. nihilominus, ex Constitutione D.
Augusti Electoris XLVI. §. Also auch/ daß die Real-Injuri-
en/ als Maulschellen etc. etc. levior hæc Realis Injuria, per
lapsum unius anni, præscribitur. GEORGIUS Schulz
in Synopsi sua Inst. Imperial. lib. 4. tit. 4. de Iniur.
p. 496. Neque prætermittendum est, quod Injuria *abolca-*
tur morte, vel, ejus qui Injuriam fecit eandemque intulit,
vel, ejus qui Injuriam passus est, *Struv. in Jurispr. R. Ger.*
For. libr. 3. tit. 23. thes. 15., nisi, in utroque casu, lis jam contestata
sit, §. 1. *Inst. Imper. de Perpet. & Temporal. Act.* aut, quod Injuria
extingvatur *Disimulatione,* §. *fin. 12. Inst. de Injur. &*
Remissione, tacitâ & expressâ, quæ, cum non præceserit,
Protestatio. daß man auff Hoff-Recht mit einem trincke/
Gail. *Traetat. de Arrest. Imp. Cap. XIV. n. 9.* Schulz *in Synops. Inst.*
libro 4. tit. 4. p 500. ex conversatione familiari, colligitur, per
GL. *Ord. Land Recht/ ad Artic. XXXI. lib. 3. n. 7.* ac denique Injuria
tollatur *Retorsione, in continenti facta,* Job. Harprecht
§. *fin. Inst. de Injur. Dn. Carpzov. decis. 46. def. 11. Matth. Berlichius*
Conclus. Practicabil. Part. V. Conclus. LXIV. num. 22. & Dnus.
Georg. Adamus *Struv. in disert. de Vindictâ privatâ*
Cap. 10. Aph. 4. ubi, hæc de Injuriâ dixisse,
sufficiat.

Μόνη τῶ Θεῶ δόξα.




1.

Dum materiam de Injuriis Famosisque libellis, in Cathedrâ Juridicâ ventilandam, mi Steltzner, proponis, nec rem vilem tractas, nec inutilem, nec prorsus obsoletam, sed ferè quotidianam, & pessimo hoc seculo, etiam inter cives Christianos, valde frequentem. Et sanè, si mores seculi nostri, spectemus, & cum antiquis temporibus conferamus, hodiè longè major est Christianorum & turpior, quàm olim Ethnicorum, non dicam barbarorum hominum, fuit litigandi pruritus. Suspendo jam judicium, quâ olim generositate Græcorum & Romanorum Philosophi injurias contempserint, nec unquam crediderint bonos, à malis, convitiis contaminari posse. Nolo hic controversiam facere meam, num Christiano homine dignum sit, ob injuriam illatam, ad Judicem vel tribunal provocare, cum hæc quæstio aliena sit à nostro proposito: illud saltem, à Jcto Christiano, optimo jure defendi posse arbitor, malitiis hominum id facilè indulgendum haud esse, ut liberè & impunè, in
hone-

honestorum Virorum foeminarumq̄ve famam,
(qvæ, si non pari, haud tamen penitus dislimi-
li ambulat passu cum vitâ) grassentur. Adeo-
q̄ve actiones, ob illatas injurias etiam in foro
Christianorū, omnino sibi vindicare locum,
modò tales sint, qvæ non magis vexandi proxi-
mi, qvàm vindicandi proprii juris gratiâ sint
institutæ. Qvicquid vero huj9 sit, & Jura Roma-
na, & Saxonica, nobis ad injurias & vindicandas
& puniendas satis prolixas suppeditant leges:
qvæ, dum accuratè jam evolvis, mi Steltznerè,
applaudo, & insimul cœptorum Juridicorum,
felicissimum exitum & progressum apprecor &
voveo. Dabam raptissimè inter Occupatio-
nes, die 14. Septemb. 1677.

VV. T. MARTINI D.

Præses.







X2615923

1717







ADJUVANTE SUPREMO NUMINE,
nec non
 MAGNIFICI JCTORUM SENATUS
 Auctoritate,
 DISPUTATIONEM THEORETICO-PRACTICAM
 De

IN JURIS,
 in Reali; quàm Verballi, Scriptâ
 simplici & Famoso Libello,
 PRÆSIDE
 RECTORE MAGNIFICO,
 NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
 ac CONSULTISSIMO
**VERNERO THEODORO
 MARTINI,**
 Professore & Pandect. Prof. Publ. celeberrimo, Serenissimo
 Electro Saxon. à Consiliis Appellat. Curia Electoralis, Consistorii
 Ecclesiastici, Juridicæ Facultatis, Scabinatus & Provincialis
 Dicasterii, quod est in Lusatia
 inferiori,
 ASSESSORE GRAVISSIMO,
 Praeceptore suo, Patrono ac Promotore submissè colendo,
 WITTEBERGÆ,
 die XX. Septembr. horis antemeridianis, M DC LXXVII.
 publicæ censuræ,
 in JCTORUM Auditorio,
 exponit
JANNES GODOFREDUS GREFFNERUS
 Typographeus
 Typographeus MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

Handwritten notes: 8, 36, 1677, 6

